



Iesu Verus Vultus

Conchiglia

MOVIMENTO D'AMORE SAN JUAN DIEGO

Consociatio Omnium Gentium a Conchiglia fundata ex Dei Voluntate
die XXIV mensis octobris anno MMI
dicata Mariae Sanctissimae Nostrae Dominae de Guadalupe - Mexicum
Quae est ipsa Mulier Amicta Sole de qua narratur in Apocalypsi Ioannis



Mariae Verus Vultus



Conchiglia della Santissima Trinità... latine « Concha Sanctissimae Trinitatis »

“ GRATUS REDIISTI MI DOMINE ”

BENTORNATO MIO SIGNORE

Opus Divinum adhuc in XVI tomos collectum

SANCTISSIMA TRINITAS

et Maria Sanctissima, Nostra Domina Guadalupiana
ad Conchiglia

Quam Conchiglia audit Verbum Dei? Per sanam non est.

SONUS QUI NON EST

*“ Genua mea flexa Deo honorem et laudem et Gloriam dant
etiam in silentio verborum non dictorum.*

*Silentium meum interius est cordis oratio suavis
quae tenere Deo se iungit in quacumque re.*

*Praesertim in tempore doloris maximi
oratio fit silentium*

*quoniam cor tam vulneratum est ut etiam magis doleat...
propter ipsum sonum vocis suae.*

Oh vox!

Vox Dei intrat in corda amantium et audientium Eum attente.

*Vox Dei omnem voluntatem humanam superat
quoniam ipsa auditio in corde laetificat Animam quae eam percipit
et deinceps inde...
Anima ab ea rapitur et perturbatur suaviter
et illa fit vera et unica comes in vita
creaturae recipientis.
Multum a me petitur quia multum donatum est mihi
et Donum Dei de me ab Initio Temporum praevisum erat.
Non sum digna dono tali
sed magnum donum meum aequo animo accipio et fructificare facio
quoniam si eo digna non sum nullus filius est...
Tamen Deus elegit me propter Caritatem quoniam Ipse Caritas Est.
Sunt Verba suavissima quae directo cor ineunt
sunt mirabilia a me solo descripta
qui novi valorem verum quem Conchiglia repraesentat.
Concha maris
sinit se vehi fluctibus vehementibus Caritatis Dei.
De fundo maris super litus ivi
ut sole et firmamento fruere.
Id suspicio ex inferiore loco...
video autem Deum meum in excelso canentem mihi. .
Conchiglia in mundo recordat murmur...
evocat sonum undae maris
quod in fluctibus delebit id quod est malum.
Conchiglia significat amorem... crepitacillum in Manibus Eius
splendificandum in sole cuiuslibet diei morientis.
Conchiglia significat valere accipere
calorem quem Deus dat in litore maris.
Conchiglia significat videre colores quos in mari Suo disponit
caeruleum omnium pulcherrimum est in fundo et supra me
in mari maxime caeruleo et cyaneo... in caelo quem specto sursum.
Conchiglia significat accipere aliquem qui potest calcare me.
Concha sinit se demulceri undis
Concha sentit aquam esse super se
Concha iter suum perficit super arenam iactata
Concha conteritur a transeunte non considerante.
Concha a terra carpitur
ut ponatur in manibus pueri
Concha in manibus odorem maris relinquit
Concha efficit sonum non naturalem
Concha inservit solum margaritae suae continendae...
quae vicissim sinit se suspici suaviter
perveniens in collum mulieris amantis
aut in manum mulieris demulcentis puerulum
aut in aurem matris
quae attendit ad audiendum ploratum dolentis.
Est Concha quam Pater elegit ad canendum vobis Vitam
quae in toto Universo expanditur velut Sonus
qui auditur prope et procul.*

*Sonus qui echum efficit a monte in montem
a flumine in flumen... a lacu in lacum... a mari in mare
a stella in stellam... a Caelo in Terram...
et ad infinitum Sonus vibrat iuxta nōtas amoris
quos solus agnoscet qui amorem in corde habet
quoniam teretibus auribus Sonus ille ignotus est.
Concha vibrat ex Caritate Divina
a fundo maris usque ad caelum sursum
abiens ab undis maris et transiens per undas caeli.
Ne instrumenta quidem perfecta Sonum Divinum captare possunt.
Est Sonus suavis auditui qui attentus est amori...
dolori... tormento...
quod est in corpore et in corde amantis vere Deum.
Concha maris...
quae sonos maris occultos novit
et motum cunctarum aquarum.
Concha est signum sanctum... imago pretiosa
unica et sublimis cum significatu ultramundano.
Est imago caritatis et sapientiae
est imago vitae et patientiae
est imago constans aquae purae...
est imago creata mihi soli.
Iesus dixit mihi...
scio quia stupes et attonita es...
sed Concha per millennia exspectata est.
Exspectant te a saeculo in toto Mundo
imaginem vitae et progressus.
Es « ianua » quam multi transibunt...
id facient qui in Deum Patrem credunt.
Ignoti sunt mundi quos Sanctae Voluntati Meae subiectos videbis.
Ne terreat te haec Vita Nova quae ventura est.
Caelos Novos percurres per caritatem quam in corde habes.
Concha est aliquid praecipuum
quod vivit tantum in fundo maris Mei.
In ipsa aqua est Initium Vitae
et in aqua incipit, in ventre matris.
Tu es mulier et mater... et vitam dedisti
vita autem tua ad Me pertinet ex quo cogitavi te.
Concha est involucrum vacuum cum ipsa sit hic Mecum
eam videtis in Terra... sed iam ad Me pertinet.
Involucrum tuum est tenue sed forte ad ventum magnum
qui nunc Terram totam percutiet.
O Conchiglia... Concha mea...
sub fluctibus maris mei te carpsi gradatim
ut Lucem atque Caritatem infinitam et immensam tibi ostenderem.
Concha nihil est sed puritatem continet...
puritatem « Margaritae » quam solum tibi dedimus.
Tranquillitas Animae est res maximi momenti.
In ipso dolore corporis et spiritus
Anima potest esse in gaudio et in pace
cum in Gratia Dei est atque Voluntatem Divinam facit.
Cum Anima se fundit in Deum Universus ditatur*

*et fluctus cosmicus Energiae Bonae
 devolvit et vincit malum.
 Aequilibrium Cosmicum pendet ex Deo
 et ex Homine ad Propositum Dei cooperante.
 Omnis actio bona quam facit Homo
 iungitur aliae actioni bonae factae
 constituens vincula et reticula invisibilia sed robusta.
 Anima ex natura sua in pace esse desiderat
 si ab Origine statuit cooperari Proposito Dei.
 Anima gestit ad vivendum in Homine in silentio
 beando se solum sonis a Deo creatis.
 Cum ventus per frondes arborum spirat sonus melodus efficitur...
 cum fluctus franguntur in litore idem est...
 cum aves canunt idem est...
 cum Homo canit idem est.
 Soni isti compositi sunt Harmonia Creaturae...
 omnis alius strepitus Cosmum lacerat et vulnerat.
 Fragores urbium vulnerant Cosmum...
 aeronaves et missilia vulnerant et laedunt Cosmum.
 Omnis aeronavis est tamquam pugio in Cosmo affixus...
 omne missile est velut gladius qui Cosmum percutit in profunditatibus eius
 sine ulla reverentia.
 Homo reapse habet facultatem eligendi quid faciat.
 Cogitate tantum paulisper de pulchritudine sonorum harmonicorum
 provenientes ex musica effecta ab Homine per organa
 quae utcumque in eorum materia originali a Deo donata sunt.
 Ergo, haec musica... haec compositio sonorum melodorum
 ingrediuntur in Animam... in mentem... permeantes omnem fibram ad esse pertinentem
 et ab intus expanduntur foris, Cosmum demulcentes.
 Tunc igitur hi soni...
 hae nōtae melodiae coniunguntur cum Sonis Naturae
 et commiscuntur inter se
 confunduntur inter se
 se amant invicem
 et semetipsos extollunt
 ad gratias laudesque agendas Deo Universi Creatori ...
 Creatori Cosmi... Creatori Omnium.
 Ecce, Conchiglia...
 Ego Iesus qui ex Trinitate locutus sum
 per « sonum qui non est »
 psalli cantum praecipuum et unicum, pellentem nervos invisibiles
 quam autem bene audit qui nunc legit
 in silentio cordis sui... mentis suae...
 Animae suae.
 Excitemini, filii Mei... egredimini de illo torpore venenato
 quo captivi estis materialiter et mentaliter.
 Vindicate res veras quae vestrae sunt...
 reveremini vosmetipsos in profundo...
 redipiscimini dignitatem vestram « filiorum Dei ».
 Decepti estis a satana.*

*Quotidie id facit... omni momento id facit... omni puncto temporis id facit.
Non autem intellegitis omne quod creavi vestrum esse?
Non autem intellegitis societatem praesentem vobis omnia eripuisse?
Ego hominem liberum creavi...
liberum cogitandi... liberum agendi et liberum eundi.
Paravi vobis ante tempus
omne quod esse debebat ad victum vestrum.
Non imposui pretia
ut vos frui facerem sole... pluvia et vento.
Non posui condiciones ut vos vivere facerem concorditer cum natura.
Non petii a vobis pecuniam ut nutrirerem vos fructibus terrae.
Non coegi vos minis
ut aëre sano fruere mini et aquam puram biberetis.
Intellegitis, filii Mei...
quia vivitis vitam quae non est illa quam vobis paravi?
Vos concluderunt in aedificiis conglobatis
ut arcerent vos a terra vestrae
nec fruamini eius fructibus neque utilitatibus.
Iubent vos facere res quae displicent vobis...
Defatigant vos et debilitant vos pro frusto panis
qui iam vester est... ab aeterno.
Ducunt vos quotidie per vias quae nusquam ferunt...
instillant vobis cogitationes quae ad vos non pertinent
et id ostendunt vobis quod est virtuale et falsum.
Decipiunt vos ut cotidie frustra insectemini
miculam laetitiae, ea condicione ut faciatis quod vos facere iubent.
Heu, quam longus est, filii Mei... index rerum malarum
quas vobis satana imposuit.
Multum doleo de vobis... quantum ne imaginari quidem potestis.
Video filios Meos... vos, amatas creaturas Meas...
cadere atque cruciari... desperare et mori
cum degustavissent nullam guttam Caritatis Meae
quae est vera felicitas vestra.
Satana vos arcuit a Me... Creatore vestro.
Inter vos et Me interposuit omnis generis impedimenta et saepta et putramen
spiritualia atque materialia.
Non autem intellegitis quia ad vivendum ad « morem Dei »...
- id est vivere « sicut vos vitam vestram vere bene vivere oportet » -
vobis vivendum est imitando Iesum et Mariam in libertate plena?
Ipsi vixerunt ut Personae liberae...
vixerunt in Deo
luctati sunt pro libertate vestra
passi sunt ut Viam vobis ostenderent
ad transactiones non descenderunt cum quoquam
reveriti sunt Semetipsos et ceteros
neque obsecuti sunt minis et iussis
quae eos arcere poterant a Me.
Quod ostenderunt vobis Pulchritudinem Creatoris qui EGO SUM...
hoc Vitam eis abstulit.
Uterque Eorum donavit eam cum omnibus rebus Suis
omnia deponens pro vobis omnibus.
Dissimiliter sed ex eodem proposito et significato amoris*

*fit hodie cum hac filia Mea Conchiglia,
quoniam vobis recogitandum est
quod siquidem legitis haec Verba Mea in toto orbe...
hoc declarat ipsam esse hic Mecum
et commodat Mihi corpus suum et manum suam ad adiuvandum vos omnes
ut evolvamini in omni ambitu
ut contra omnes iniquitates, utendo caritate, rebelletis.
Vobismetipsis silentium quam maxime circumdate...
solum ita Vocem Meam audire potestis.
Sibi silentium circumdare significat liberare se ab omni strepitu.
Strepitum haud creavi... strepitus est opus Satanae
quoniam strepitus non sinit ut Vocem Meam audiatis.
Silentium est simpliciter absentia strepitus.
Silentium est vera pax corporis et spiritus.
Silentium Animam vestram mentemque vestram nutrit eorumque sitim restinguit
sicut cibus et aqua corpus vestrum nutriunt eiusque sitim restinguunt.
Silentium est vera natura vivenda
quoniam solum in silentio melodiae naturales omnium elementorum percipi possunt.
Omne quod creavi vocem suam singularem habet.
Cuiusque sonus est unicus est singularis...
Ventus vocem suam habet... aqua vocem suam habet...
arbores... terra... ignis... bestiae...
cuique est vox sua... omnes sonum edunt
et Ego, qui Sum...
dono vobis SONUM VOCIS MEAE...
SONUM QUI NON EST.
Conchiglia... Conchiglia...
humana auris sonos exteriores audit
attenta auris Dei Vocis sonos audit.
Est Sonus gratissimus qui non est sonus
venit celerrimus eodemque tempore mentem et cor invadit.
Est Sonus Praesentia Divina gravidus qui Animam et corpus invadit
efficiens Commixtionem Caritatis Supernaturalis.
Qui Sonum Dei audit est Anima privilegiata sine ullo merito
sed est Anima cuius cor est teneriter iunctum cum corde Dei.
Qui Sonum Dei audit est creatura iniuriis cunctis subiecta
quoniam diabolus invidus est Doni quod homo a Deo recipit.
Iesus locum praecipuum in corde vestro desiderat.
Desiderat audiri auribus attentis
quae percipere possunt etiam « Sonum qui non est ».
Ita, Conchiglia, quoniam ita fit sane inter Nos,
tu percipis « Sonum qui non est ».
Sonum Vocis Meae mirabilis, quae est incredibiliter tenuissima
simul autem virilis et magnifica.
Ego Iesus... Ego Homo... Ego Deus... Ego Totum...
Gratiam diligo... Pulchritudinem diligo... Puritatem diligo... Castitatem diligo.
Diligo diligo diligo... quoniam Ego Sum Dilectio.
Conchiglia...
narra fratribus quod in corde sentis
cum sola te colligis in orationem...
adiuvabo te ut describas mirabiles sensus quos tibi hodie donavi:
« Fratres... filii Dei estis tamquam ego, propterea amo vos.*

*Appropinquate paulum... tantum paulum quoniam voce demissa loquar.
Calor vehemens invadit me cum Spiritum Sanctum in me sentio.
Est velut blanditia levis cordi...
sed postea expanditur gradatim in totum Esse.
Horror calens me init quocumque et Caritatem percipio...
illam Dei Caritatem puram et Divinam quae facit me desiderare silentium
et solitudinem.
Omnia ex omnibus partibus evanescent... nulla res iam refert,
quaelibet res, nisi oratio,
fit parvi momenti et fere inutilis.
Repente augetur desiderium Dei Eumque amplectari vellem,
vellem loqui cum Eo facie ad Faciem ut dicam Ei omnem amorem meum.
Invadit me teneritas sublimis quam numquam describere valerem...
quoniam est languida inquisitio interior
quae in mentis et cordis anfractibus vagatur.
Difficilis inquisitio est, quoniam silentium haud integrum est circa.
Est tamquam vagari in labyrintho, exitum semper temptando
tamen subito adest murus... deindeque et alius...
ubi autem exitum inveniam o Deus meus?
Ecce autem scintilla lucis... ecce sibilus tenuis
ecce radius solis qui magis magisque insinuat...
et intellego quia exitus est prope.
Festino ad orationem Spiritum Sanctum invocans
ecce autem tandem... Subrisio Dei.
Est Ipse... Ipsum sentio et Ipsum video. Quomodo?
In luce... in sole in pluvia et in vento...
et suspiciens in Caelum commota dico Ei... adsum o Deus.
Adsum... adsum... Domine venio
adsum... adsum... Domine fiat mihi Voluntas Tua. »
In spatio quod specie vacuum videri potest
propter immensas distantias inter planetas et galaxias...
DEUS EST VERBUM.
Nisi Verbum indicat Deum...
Deus specie non existit eo quod Invisibile...
eo quod Purus Spiritus in Essentia.
In hac Plenitudine Temporum
Manifestationis Sanctissimae Trinitatis
mundus potest cognoscere per haec Verba
Deum loquentem...
Deum colloquentem cum creatura Sua
Deum docentem et volentem attrahere hominem
ut sequatur Eum in Proposito Resurrectionis Homini
qui de selectione in selectionem perficitur magis magisque
ita ut perveniat ad statum perfectionis humanae a Patre volitae.
Plane... homines qui sunt spiritualiter coniuncti cum Deo...
sunt homines resurrexerunt quoniam homo Spiritu Dei vacuus
est homo spiritu mortuus...
est caro ambulans instar bestiae
intelligens autem propter rationem
quam Cain hereditate accepit a Primo Viro perfecto creato a Deo
qui statim ab initio fuit ei Pater et Mater.
De Conceptione Supernaturali iam dictum est in « Genesi ».*

*Voluntas hominis... suum liberum arbitrium... Consilia Dei perturbare potest.
 Dixi "perturbare" nec "destruere",
 quoniam Deus per eos qui elegit loquitur etiam hodie mundo.
 Deus patitur arbitrium hominis
 sed nemo, ne Ecclesia praesens quidem,
 potest impedire quominus Deus operetur per Verbum
 quod dat scientiam Veritatis cui non est finis temporis.
 Et Heri... et Hodie et Cras semper est Praesens Tempus Dei.
 Per me Verbum... Deus, extendit manum ad hominem
 ut eripiat eum de abyso in quam illapsus est et demergitur.
 Manus Dei est manus haud communis...
 est Manus in qua est robur et Virtus Infinita...
 est Manus prompta ad proferendum Propositum sicut in Origine statutum
 quoniam ut iam dictum est...
 Propositum perturbatum est neque autem destructum.
 Pater per Iesum et Mariam Se ostendit mundo
 et Redemptio est actualis... est praesens...
 et Praesens Tempus in Deo non desinit
 quoniam Deo tempus non est sicut nec spatium est.
 Manus Dei est Manus Viva...
 est Manus cum Corde palpitante
 est Manus quae dominatur Universi
 est Manus in qua commoventur Virtutes Caelorum et omnia elementa
 quae vibrant... fulguriunt... verberant atque illuminant.
 Beati homines qui intellegent haec Verba
 qui intellegent hoc esse tempus Misericordiae Dei.
 Plane... Deus per Verba haec
 Cor Suum donat misero ut Semetipso eum ditet...
 ut eum doceat Sanctas Veritates ut donet ei Caritatem.
 Et Caritas est Spiritus Sanctus qui Se donat.
 Ego Sum Spiritus Sanctus cui est Officium Creationis...
 qui in Semetipso habet Potestatem recreare Se et audibilem esse
 per Verbum quod fit Sonus prius in mente.
 Ita... quoniam mens excipiens Verba haec
 legendo ea audit eorum « sonum qui non est » in visibili charta
 qui est consecutio eius quae primundum
 et sine adiumento chartae
 eo quod Rationem immediatam habet cum Essentia Dei,
 corde ac mente audit in se Vocem Dei...
 audit in se « sonum qui non est ».
 De profundis Altitudinum Caelestium Deus videt vos et audit vos.
 De profundis abyssorum maris... Deus videt vos et audit vos.
 De profundis cordis mei Deus rursus emergit quoniam est Ego Sum...
 et Novum Cantum Canit compositum ex melodiis infinitis
 quae sunt delectabiles omni auri attentae
 Modo est cantus tener et dulcis
 modo est cantus hilaris
 modo est cantus gravis
 sed nōtae usque sunt Nōtae Caritatis
 quae mentes et corda penetrare intendunt
 Eius Caritatem Infinitam emittendo in singulas nōtas.
 Verus et Unicus Amor*

*adest vobis per sonum Verbi
ut ipsum intellegatis.
Sine Verbo mens vestra esset vacua ab omnibus rebus.
Verbum ipsum, ingrediens in vos
vestrae rationis humanae anfractus gradatim implet.
Si Verbum non assumitur neque intellegitur
non potest fieri eius relativa et consequens actio
cuius causa est receptio nuntii dati.
« VERBUM » postquam intravit in vos, descendit in cor
et excitat affectus profundos
quos ne existimare quidem neque explanare valetis.
Deus solus scire poterat quomodo Se ostendere posset creaturae Suae
rebus omnibus vastatae propter Peccatum Originale.
Deus debebat fieri nihil
ut re-crearet Se in homine creatura Sua
per Spiritum Sanctum... per Voluntatem Suam.
Et Iesus Verbum Caro factum... Sonus Caro factus...
Sermo Caro factus vēnit habitare in vobis
ut vicinus vobis esset
et adiuvaret vos ad explanandum quod non poterat
et quod adhuc non intellegitur.
In hac Plenitudine Temporum potestis intellegere omne Verbum
atque uti eo ad vestrum incrementum spirituale.
Videte...
mens vestra, per oculos vestros legentes...
absorbet Verbum
quod, cum id dicitis magna voce legentes... fit Sonus.
Sed in me Conchiglia « est sonus qui non est » quoniam id habeo in me
idque scribo haud loquens, quieta et silens.
Omnia circa me fiunt silentium
quoniam Iesus Ipse me pervadit atque in me Ipse Est.
Iesus est Margarita recumbens in Concha
quae Ipsum continet et custodit.
« Sonus qui non est » est Sonus magnificus et sublimis
est Sonus creatus et simul non audibilis
quoniam creatus a Deo in Semetipso.
Est Sonus qui circumit intra Sanctissimam Trinitatem...
Manifestatio reservata Spiritui Sancto
qui est Caritas in Essentia... Est Deus.
Quid est musica? Musica est « sonus qui est ».
Musica complectitur congestum vibrationum sonorarum
quae inter se commixtae convenienter efficiunt delectabilem
« sonum qui est ».
« Sonus qui est » est pars mundi visibilis
« Sonus qui non est » est pars illius mundi invisibilis
qui vobis est solum imaginarius sed in Deo existit.
Musica efficitur per partem interiorem hominis creativam
quae per nōtas inter se copulatas sonum in melodiam convertit.
Talis melodia necessitatibus interioribus hominis accommodatur
atque toni variare possunt ut percipiatur
musica hilaris aut maesta.
Musica sic fit comes hominis*

*eiusque animi condicionum socia
 fit auxilium animi pro eius sentiētiis spiritualibus
 quae ceteris sunt inintellegibiles.
 Fit amica ego interiori hominis...
 qui cum ea secedit in secretum ut sit unum.
 Ita... homo et musica sic fiunt par praecipuum
 quod nemo foris videre potest, quod tamen est.
 Homo in musica invēnit sodalem optimam
 quae consolator eum et comitatur eum
 et ei numquam contradicit quoniam manifestum est...
 quia si homo musicam hilarem auscultat
 eius animi condicio interior hilaris est
 si autem musicam maestam auscultat, eius animi condicio interior maesta est.
 Homo ut non animadvertat
 quia musica auxilio esse potest... si sancta est... ut eum admoveat ad Deum?
 Musica Ars est.
 Musica... si sancta est... fit Sacra
 fit vehiculum
 quod condicionem hominis interiorē ad Deum vehere potest.
 Omnia data sunt homini in auxilium, ad vivendum convenienter in Terra.
 Musica adhibetur parum in bonum, multo autem in malum;
 ita, quoniam Dei inimicus, qui hoc novit...
 inspirat musicam malignam quae attrahit ad se turbas iuvenum
 qui sic magis magisque a Deo discedunt.
 Iesus... cum animi condicionem meam interiorē novisset ...
 nullam nōtam cordi meo aptam invēnit in mundo
 ideoque dedit mihi Semetipsum et in me intravit
 donans mihi Sonum Verbi Sui Divini... sonum qui non est.
 Concha est velut repraesentatio manus Dei
 mundum regentis per verbum datum.
 est autem amplius, multo amplius.
 mysterium ininvestigabile omni menti humanae.
 Concha Vitae quae in se continet Mysterium Trinitarium
 in se recipiens mirabiliter
 partem Femininam et Masculinam Patris
 qui est Deus Unitas in Essentia.
 Concha quae excipit...
 continet et offert... Verbum factum Sonus et Eloquium.
 Concha quae audit...
 accipit et manifestat... Voluntatem Dei in hominem
 qui acerbe animum attendit et exspectat...
 res sibi ignotas et non intellectas.
 Concha quae semetipsam rotans evanescit
 quia velocitas eam abscondit ab omni oculo etsi attento.
 Concha quae, subversa, tegit et protegit in se
 Creaturam a Deo creatam.
 Conchiglia...
 figura tui perturbabit mentem omnis sapientis
 sed Trinitas Augustissima quae est in te
 hortatur te ad tranquillitatem et pacem interiorē.
 Silentium Meum congruit silentio tuo interiori...
 quod trepida fit exspectatio rerum futurarum*

quia in silentio cordis
percipiuntur murmura minima...
suspiria amoris... et decursus lacrimarum.
Silentium interius opus est ad Res Divinas meditandas.
Silentium interius opus est
ad animadvertendum periculum imminens.
Silentium interius opus est
ad proficiendum Spiritu et Veritate, Sapientia et Gratia.
Silentium interius opus est
ad colligendas vires proprias.
Caritas Suprema quae fit Caro...
est Caritas Suprema maxime aucta
quoniam qui sunt vere magni ipsi soli cupiunt minimi fieri in omnibus.
Parvitas Dei Viventis est vera Magnitudo absoluta
et homo qui se reperit in natura sua
non potest aliud quam hoc tribulari atque delectari.
Quanta Convenientia in his Verbis...
quanta Sapientia... quanta Caritas...
Verba quae dico perlegenda... sorbillanda...
gustanda sunt... quia iuxta hunc modum solum Verba
sumunt veram vim quam in ipsis posui.
In ipsis est verus Vitae intellectus, Vitae Verae in Deo,
qui autem in Deo vivit in semetipso vivit pro Deo
et Deus in eo vivit quasi in Templo.
Haec sunt Verba Luminosa, neque omnes ea intellegent
sed ad Vocis Meae sonum...
amore vibrant corda quae diligunt Me et excipiunt Me.
Illa dies singularis dicata erat tibi qui amas me immensuratim
Conchiglia...
quasi pretiositatem inaestimabilem custodi ea dona quae dedi tibi.
Ne permittas cuiquam ut Mihi os obturet
quoniam quod dico est Verbum Eucharisticum
et inservit multis filiis Meis instruendis.
Nonnumquam durus sum...
sincerus autem sum quoniam in Me non est mendacium
sed per Me concuties conscientias prudentium
et conscientias recalcitrantium.
Expergefacies et illas Sacerdotum
qui iam nunc « mea culpa » agunt
quoniam bene vident quia iter factum usque ad hoc tempus
non fuit idem ac quod faciendum erat.
Conchiglia...
scio quia multi erunt tibi adversi, sed cogita de martyribus et Sanctis.
Mortui sunt ad testimonium perhibendum
de eo quod alii non ausi sunt facere.
Multa sunt quae tibi etiam dicenda erunt
Verba Mea iam non velentur
quoniam Verbum Dei semper auscultandum est.
Etsi ceteri te torquebunt in corde...
ignosce semper, Conchiglia dilecta.
Tranquillitas Animae est res maximi momenti.
In ipso dolore corporis et spiritus

*Anima potest esse in gaudio et in pace
cum in Gratia Dei est atque Voluntatem Divinam facit.
Cum Anima se fundit in Deum Universus ditatur
et fluctus cosmicus Energiae Bonae
devolvit et vincit malum.
Aequilibrium Cosmicum pendet ex Deo
et ex Homine ad Propositum Dei cooperante.
Omnis actio bona quam facit Homo
iungitur aliae actioni bonae factae
constituens vincula et reticula invisibilia sed robusta.
Anima ex natura sua in pace esse desiderat
si ab Origine statuit cooperari Proposito Dei.
Anima gestit ad vivendum in Homine in silentio
beando se solum sonis a Deo creatis.
Cum ventus per frondes arborum spirat
sonus melodus efficitur...
cum fluctus franguntur in litore idem est...
cum aves canunt idem est...
cum Homo canit idem est.
Soni isti compositi sunt Harmonia Creaturae...
omnis alius strepitus Cosmum lacerat et vulnerat.
Fragores urbium vulnerant Cosmum...
aeronaves et missilia vulnerant et laedunt Cosmum.
Omnis aeronavis est tamquam pugio in Cosmo affixus...
omne missile est velut gladius qui Cosmum percutit
in profunditatibus eius... sine ulla reverentia.
Homo reapse habet facultatem eligendi quid faciat.
Cogitate tantum paulisper de pulchritudine sonorum harmonicorum
provenientium ex musica effecta ab Homine per organa
quae utcumque in eorum materia originali a Deo donata sunt.
Ergo, haec musica... haec compositio sonorum melodorum
ingrediuntur in Animam... in mentem... permeantes omnem fibram ad esse pertinentem
et ab intus expanduntur foris, Cosmum demulcentes.
Tunc igitur hi soni...
hae nōtae melodiae coniunguntur cum Sonis Naturae
et commiscentur inter se
confunduntur inter se
se amant invicem
et semetipsos extollunt
ad gratias laudesque agendas Deo Universi Creatori ...
Creatori Cosmi... Creatori Omnium.
Ecce, Conchiglia...
Ego Iesus qui ex Trinitate locutus sum
per « SONUM QUI NON EST »
psalli cantum praecipuum et unicum, pellentem nervos invisibiles
quam autem bene audit qui nunc legit
in silentio cordis sui... mentis suae...
Animae suae.
Filia mea, Conchiglia... compone Animam tuam in me
et bea te « SONO QUI NON EST », his Verbis Divinis.
« SONUS QUI NON EST » est surculus unicus.
« SONUS QUI NON EST »...*

*audibilis est tantum a cordibus puris... a cordibus in Deum intendentibus
 et variationes nōtarum non possunt intellegi
 ab hominibus inflatis et superbis qui, ad confundendos « filios Dei »
 ore dicunt se intellegere ea sed hoc haud verum est.
 Scis, Conchiglia Mea, quia suavis Sum
 et in sponsas Meas etiam maiorem diligentiam adhibeo.
 Amo eas amore singulari, et ceteras...
 amo ut Pater... Filius et Frater.
 Iesus sum... amans te quae amas Me immensuratim.
 Tibi sunt vincula aurea quae te adstringunt ad Me.
 Sunt vincula caritatis quae numquam solvam
 immo... confirmabo magis magisque ut vivas solum Mihi.
 Sum Deus zelans Sponsam Suam ac delector cum de Me loquēris.
 Ego audio te et subrideo et sedeo apud te...
 tu ne animadvertis quidem Praesentiam Meam modestam
 quoniam caveo ne a Me te avertam... etsi IPSE SUM EGO.
 Conchiglia... Conchiglia...
 Tempus vēnit... exspecta Me filia, obviam tibi fio...
 haec est Via... Conveniemus invicem Alter coram altera
 et caritas tua exardescet repente in primo et vero contactu Nostro.
 Manum tuam amplectar quoniam scio te hoc delectari...
 tibi gratus est calor Viri securitatem afferens.
 Oculos tuos intuebor Caritatem tibi infundens
 et perducam te quo tibi eundum erit.
 Loquar tibi dulce quoniam dulcedinem vult cor tuum saucium.
 Cantum tibi canam suavissimum quoniam tu id Mihi fecisti.
 Reficiam te ex laboribus acceptis...
 tibi donabo Amorem omnium purissimum.
 Animam tuam foveam Teneritate Mea Infinita
 et amore Mei te inflammabo etiam magis quam putas.
 Vide quod volo te pellicere ad Me ...
 quomodo Mihi etiam resistes?
 Conchiglia adorata... ita, “adorata” dico...
 quamquam multis haud gratum est verbum hoc quod nimium videtur.
 Adorare sponsam significat amare eam... revereri eam... honorare eam...
 circumdare eam plurimis curis ut sponsa ista
 magis magisque amore flagret
 et Ego... qui Sum... volo ut magis magisque Me ames.
 colam Te cultu pertinacissimo ... composito ex dulcibus Verbis Amoris...
 poeta quilibet melius non potest facere, quoniam ultra poesin
 Ego Amor Sum.
 Verbum sublime quod a multis non intellegitur quoniam Amor Vitam significat.
 Propter ipsum amorem Deus Pater voluit omne quod creatum est.
 Absque Amore nihil creatur et sine Amore Vita non esset.
 Omnis homo nascens est miraculum immensum
 Amoris infiniti Dei.
 Multa sunt genera amoris:
 est paternus... est maternus
 est filialis et fraternus.
 Est autem amicitia inter duos aut multos...
 atque est reverentia ex corde in multos.
 Est amor in hominem totamque naturam...*

*est amor in omnes res quas Deus voluit existentes
sed magnus Amor est amor vivificans
quoniam hominem vivificando... ipse praesentatur Deo
qui est Amor absolute... est Amor mirus...
est Amor insuperabilis... est Amor infinitus.
Haec est melodia ex sonis naturalibus composita
est melodia composita ex concentibus novis qui ignoti sunt plerisque...
quoniam Deus zelat amorem quem in me habet mihi que canit.
Est melodia composita ex plectris cum nervis tensis
ut qui illum sonum audit deinde dicat...
quid est iste sonus tabescens?
Intrat in cor et in caput
et vestigium indelebile in corde relinquit.
Sonus quem audietis... erit sonus qui circumdabit vos amore
et condicionem voluptatis et orationis efficiet.
Erit sonus qui primum in mentem intrat
indeque expanditur in totum esse a Deo creatum, id est homo.
Erit sonus qui vix aegreque imitabitur
frondes parvae cedri Libani...
quae est equidem parva ... sed robusta atque erecta.
Erit sonus qui percipietur solum a puris corde
atque erit sonus Caritatem Divinam intellegendis aptissimus.*

*Erit sonus qui gradatim descendet
donec rapiat Animam audientem...
erit sonus mirabilis ac delicatus
quoniam nota quae eum componunt... ex silentio factae sunt.*

*Conchiglia
a Sanctissima Trinitate*



© Conchiglia - La Rivelazione - Bentornato mio Signore
Conchiglia della Santissima Trinità... latine « Concha Sanctissimae Trinitatis »

[... lege alias Revelationes](#)

Conchiglia - MOVIMENTO D'AMORE SAN JUAN DIEGO
PAROLE D'ORO - BENTORNATO MIO SIGNORE
Via Manzoni, 12 - Casella Postale 99 - 33085 Maniago PN Italia

movimentodamoresanjuandiego@conchiglia.net
www.conchiglia.net www.movimentodamoresanjuandiego.it